

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consuetudo ac
cum fontibus primis

Quidam de sapientibus dixit: Bene consuescere,
pudebit dissuescere; et iterum: Bona loquamur,
transiet sermo in affectum,

iuxta illud:

Qui non assuescit uirtuti cum iuuenescit,
a uiciis nescit discedere quando senescit.

Et econtra:

Quod in iuuentute addiscitur,
in matura etate seruatur.

Maximus in sermone de Iohanne Baptista.

Et quia vera est illa sapientis viri sententia
SICUT VERA LAUS ORNAT, ITA FALSA CASTIGAT,
non est tamen impossibile apud deum, ut etiam illi,
qui humanis laudibus invitati bona opera exercere,
coeperint, deus illis hoc in amorem
et consuetudinem vertat, secundum illud quod
de sapientibus quidam dixit: BENE CONSUESCERE,
PUDEBIT DISSUESCERE; et iterum: BONA LOQUAMUR,
TRANSIET SERMO IN AFFECTUM.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 217.3
(CCSL 104, G. Morin ed., p.863).

Qui non assuescit uirtuti dum iuuenescit /
A uitiis nescit discedere quando senescit.

H. Walther ed., *Prouerbia sententiaeque Latinitatis
medii aevi*, #24381.

Nam quod in iuuentute non discitur,
in matura aetate nescitur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 1.24.3
(CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.32, ll.18-19).